



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 91. Titulus XI. De imaginibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A. C. 1584.

§. XCI.

Titulus XI. De Imaginibus.

In titulo undecimo, ubi agitur de sacris Imaginibus, Synodus ita differit: colendæ sunt imagines, non quod aliis sit aliquid petendum, vel quod in eis fiducia sit constituenda, ut olim fiebat a gentilibus, qui in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honor, qui illis exhibetur, ad Deum, & Sanctos refertur.

Postea quatuor exhibet Canones, quorum primus ita sonat: qui venerandas imagines idola esse dixerit, aut Christianos honorem imaginibus exhibentes in idololatriam incidere, anathema sit.

Canon II. Episcopi, & qui verbum Dei prædicant, imaginum honorem juxta doctrinam sacrorum Conciliorum, & Ecclesie Catholice sedulo doceant, populumque moneant, ne iis præter rectum Ecclesie institutum, utantur: benedicant autem Episcopi novas imagines, priusquam in Ecclesiis recipiantur, & nemo imaginem ponere audeat, nisi ab Episcopo probatam.

Canon III. Fractæ autem imagines, mutilatæ, aut vetustate vitiatæ, in Sacrarario reponantur, aut si fieri potest, reficiantur, ac restituantur.

Canon IV. Si quis pravus, aut corruptus usus adhuc in populo circa cultum imaginum viget, curent Episcopi, ut omnino tollatur.

§. XCII.